



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Quæst. 293. Quæ praxis concedendi divortium ob sævitiam, & qualiter pronunciatâ sententiâ conjuges statum mutare possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73973)

repetitorum verberum, adeoque molestissima cohabitatio. Circa quæ notandum, in his casibus non referre, utrum malum ab ipso conjugè timeatur, an verò à parentibus ejus, modò conjux non sit sine culpa, ut dum posset remove re malum, v. g. recedendo à parentibus, intermittere. Laym. l. c. citans Sanch. cit. d. 6. n. 23. Arg. c. extransmissa.

2. Resp. secundò: Quamvis & hic locum habeat, quod dictum quæst. præced. resp. 2. nimirum quòd, ubi causa divortii ob grave periculum est notoria, fieri possit autoritate propria, tutius esse & plerumque necessarium ratione scandali implorare officium Judicis, nisi sit periculum in mora. Laym. l. c. n. 18. Porro causa hæc tractanda coram Judice ecclesiastico; quia agitur de obligationis Sacramenti matrimonii dissolutione, in qua utpote spiritali solus Ecclesiasticus Judex est. Castrop. n. 9. citato Covar. in 5. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 14.

*Quæst. 292. An & qualiter cautio interposita impediatur divortium, præcipue faciendum ratione sævitie.*

1. Resp. primò: Dum cautio sufficiens præstari potest de malo imposterum non inferendo, locus non est divortio; malum siquidem, quod timeretur, ut sufficiens sit ad faciendum divortium, debet esse inevitabile; ergo si hæc via cautionis sit evitabile, divortium faciendum non est. Laym. l. c. n. 17. citans c. extransmissa & c. literas. Distinguunt hoc ipsum alii. Asserit enim Castrop. l. c. p. 9. n. 10. ex Ponc. L. 4. c. 23. n. 6. cum Riccio in pr. decis. 235. & juxta decis. rote 250. apud Farinac. vol. 2. consil. probatà plene sævitiam (probationes siquidem, ut sequatur divortium, concludentes esse debent; cum sub dubio nemo jure suo certo spoliandus sit. Castrop. n. 10. Paris. conf. 54. n. 16. vol. 4. Barbof. rub. ff. solut. matr. p. 2. n. 27.) non esse uxorem tradendam viro, quam vis cautionem de non offendendo offerat; quia non decet uxorem justè trepidantem fragilitati cautionis committere; cum cautio non immutet malevolam animam. §. fin. Inst. de suspell. tutor. Sanch. cit. d. 18. n. 33. esse verò locum cautioni de non offendendo, ubi probationes sævitie non sunt integræ. Castrop. n. 11. tradit.

2. Resp. secundò: Sufficiens autem cautio censetur, per quam boni viri arbitrio satis consultum est incolumitati conjugis. Laym. l. c. ubi etiam, quòd talis plerumque sit cautio fidejussoria aut pignoratitia, & interdum optimam esse juratoriam, si vir probus videatur quam maximè revereri religionem juramenti, ut Gutt. L. 1. 99. can. c. 24. n. 3. Quin & debere esse in hoc casu pignoratitiam vel fidejussoriam (eo quòd quoties exigitur cautio ob suspicionem personæ, semper esse debeat cum pignore vel fidejussore, juxta L. si fidejussor. §. fin. ff. qui satisfacere coguntur) asserit Castrop. n. 11. cum Sanch. l. c. n. 36. idque usque adeo requiri, Riccio in prax. decis. 254. n. 2. Ponc. & c. ut nequeat Judex esse contentus cautione juratoria viri, tamen si impotens sit pignoratitiam vel fidejussoriam cautionem præstare, quod tamen postremum negat Castrop. cum Sanch. n. 42. eò quòd cit. c. literas. de restit. spol. dicatur, dandam uxori cautionem pignoratitiam vel fidejussoriam, quantum fieri potest, & ad impossibilia nemo obligetur. Item regula generalis sit, non habentem pignora vel fidejussorem, quia pauper vel advena est, satisfacere præstando cautionem juratoriam. auib. generaliter, c. de Episc. &

cler. Roland. conf. 43. n. 21. Sanch. n. 38. Barb. in l. divortio. §. interdum. ff. solut. matr. quinimo existimat Castrop. cum Laym. Sanch. n. 43. Gl. & Innoc. in c. extransmissa. Sufficere juratoriam, dum vir est aliàs bonæ vitæ & famæ, etsi pignoratitia vel fidejussoria haberi possit. Unde concludit Castrop. cum Sanch. n. 32. & 41. arbitrio Judicis deferendum, qualis hic & nunc præstanda cautio.

*Quæst. 293. Quæ prævis concedendi divortium ob sævitiam, & qualiter pronuntiatur sententiæ, conjuges statum mutare possint.*

1. Resp. ad primum: Petitò divortio ob matris sævitiam, Judex solet petere informationes per testes, qui de sævitia deponant (testes verò singulares in hac materia probant, modò omnes in genere testentur sævitiam. Castrop. l. c. n. 10. cum Ponc. cit. n. 6. & Camil. in c. 2. b. t.) & habita sufficiente informatione, interlocutoriam sententiam pronuntiat, ut uxor in loco tuto statuatur, subministratis ei à viro alimentis, donec lis decidatur. c. extransmissa. Quin &, ut Castrop. n. 9. cum Ponc. c. 73. n. 7. Riccio. in pr. decis. 235. n. 6. Gutt. 93. can. c. 24. n. 7. & Rota decis. 250. apud Farinac. vol. 2. conf. expensis ad liem sustinendam & promovendam, ne his destituta cadat causa. De quo postremo enucleatè magis infra. Ac denique ejus arbitrio committitur, utrum, præstata sufficiente cautione securitati mulieris prospici possit; an verò non sit satisfactum, sed divortium fieri debeat. Et enim hac omnia Judicis examini & arbitrio committuntur, ubi & arbitrari, an malum, quod timeretur, sit grave & inevitabile. Laym. n. 17. ex Sanch. n. 20. & Gutt. cit. c. 24. n. 5. & sequitur fere ex dictis.

2. Resp. ad secundum: Dum sententia divortii ob sævitiam pronuntiata restricta est ad tempus, scilicet quousque vir signa dederit emendationis vel cautionem obtulerit, certum est, neutrum statum mutare posse, v. g. ingrediendo religionem, aut suscipiendo Ordines. Si verò sententia est absoluta; eò quòd desperetur vir corrigendus à sævitia, quamvis cautionem dederit, conjux innocens ad religionem vel Ordines transire potest, non secus, ac si divortium factum ob adulterium. E contra verò id non licet nocenti in viro innocente, exceptis casibus, in quibus id licet adultero. Castrop. cit. p. 9. n. 12. Sanch. L. 10. d. 18. n. 48. Ponc. cit. c. 23. n. 9. Porro innocente post divortium absolute factum ad sui consortium virum sævum admittente, censetur eo ipso irrogatam injuriam remittere, ac habere securitatem in ejus cohabitatione, ac proinde, nisi se novæ offerant causæ, ex præteritis ab eo separari nequit. Castrop. l. c. Ponc. n. 9. Farin. L. 2. conf. 156. in fine.

*Quæst. 294. An & qualiter adulterium sit causa sufficiens divortii.*

1. Resp. ad primum: Adulterium est causa sufficiens divortii perpetui, utpote per se & directè fidei conjugali & contractui matrimoniali repugnans, dum interim alia crimina presentia sufficientem causam divortii, ut Laym. L. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. cum Bellarm. L. 1. de matr. c. 14. resp. 2. habeant se per accidens ad matrimonii substantialem obligationem, adeoque iis cessantibus recipi debeat conjux. Hanc esse sententiam constantem omnium Catholicorum, ait Castrop. d. 3. p. 6. §. 1. propter illud Christi Matth. 5. & 19. *Quicumque dimiserit uxorem*